nobis (p̄er hūc furorē diuino mūere cōcessū) euenire putabat.
Nam que in delphis (inquit) & dodona futura p̄dicunt sacer-
dotes furore quodā effundūt A quo furore inquā castissima il-
la poetaz carmīa q̄ hūanas mētes penetrāt oriunt̄ & emanāt /
Qui uero sine pyeridū afflatu supno illo spū scz Democrito re-
ste : ad poeticā aspirat frustra conat̄ Sed solū carmīa illa diuina
censenda sunt musarūq; nūinibus infusa q̄ dū humano cōcētū
p̄munt̄ : & cantorē ipsū & audientes quodāmō inflāmant ut
huius furoris diuinitatē sentiant : mentēq; hoīs pene raptā in-
credibili quadā uoluptate & mirā suauitate afficiunt. Hinc
nō minus scite quā diuine Neotericus audimus olor Carmele

Marsilius

Plato

Democri:

religionis alumnus & summi christiani nominis decus cecinit

Dona dei carmen nitidum facundia prestans

Mittitur ex astris a superisq; datur

Est tuba Romanae fidei legumq; poesis

Que canat heroo carmina scripta pede

Carmina que sanctos deus ipse Parauit ad usus.

Quorum carminum cantores Plato non ex rep. explodendos

Sed urbium rerump; priuatarūq; administrationi preticiendos

consuit cum ipse Plato quoq; poeta fuisse cōmemoret maxim⁹

Et Cicero poetam graue plenumq; carmen sine caelesti aliquo
mentis instinctu fundere posse negauit ad quam sententiam

propius accedens Naso cecinit.

Est deus in nobis agitante calescimus illo. Et alibi.

Est deus in nobis sunt & cōmercia caeli

Sedibus aethereis spiritus ille uenit.

Bap:Man

Plato

i. Tuscu

Ouidius

Buschius

Emulatio Buschii Neoterici Nasonis

Non humana canunt diuini carmina vates

Insidet aethereus pectora nostra deus

Idem

Quod canimus sanctis superū descendit ab astris

Nil mortale sacri vatis ab ore uenit.

Hinc Horacius lyricorum facile princeps & philosophus maxi-

mus sibi poetæ nomen uendicare abhorruit & quasi scelus pu-

tabat canens.

Ingenium cui mens extat diuiniore: atq; os

Magna sonatarum des nominis huius honorem

Horacius

Quid ergo per deos ipsos dulcius pulchriusq; quā ociari in sua

uissimo musarum diuersorio ubi mentes recreantur animi pas-

cuntur ubi beatæ uitæ fœlicitas reperitur In hoc enim musarū

sacrario hec studia queruntur que adulescentiam agunt pigrio

rem æratem oblectant: secundas res ornant asperis uero rebus

solacium & refugium prestant: domi delectant foris non im-

pediunt: pernoctant nobiscum: peregrinantur & rusticantur

Cicero dicit Que nisi oīa uerissima essent non dixisset Basilius

uir doctissimus totam Homeri Iliaden laudem esse uirtutis:

Cicero p
archia

Homerus
speculu
uirtutis

& potissimū eo loco dū naufragū & nudū Vlissēm p purpura
 & cocco uirtutibus immortalibus esse adornatū Dixerat Home
 rus inquit O hoīes sit uobis uirtutis cura que etiā simul cū nau
 frago quocūq; p fluctus agitatus fuerit fida comes perseuerat:
 & sola fortune reb⁹ cūctis perditis uirtus cū naufrago emergit
Alexander magnus Que cū ita sint: uiri ornatissimi: Alexander ille Macedo orbis
 domitor cognomento magnus Homeri libros tanto in precio
 habuit ut eos auro gēmisq; adornatos in arca aurea: quā ex bel
 lo persico predā duxit: recōderet: & sub puluino una cum ense
 suo sūmis teneret curis Ita maximus rex quē mare terraq; time
 bat & uigilās & dormiens Homerū numinis instar sūma in ve
 neratione habuit quasi homeri poema diuinū / rei militaris the
 saurus & uirtutis stratagema esset Nec pfecto opinio optimū
 regē sefellit Cherilū etiā poetā licet ignobilē in deliciis habuit
Cherilus cui p singulis uersiculis: sine omī uenere editis: premiū statuit
Pindarus Cherilus incultus p carmine flaua perebat Munera pelleo nō
 rennuenda duci Et uictis Thebis Pindari poetæ agnatis totiq;
 familiæ parci iussit. Athenienses quoq; sacratissimis Solo
 nis legib⁹ instituti adeo poetas uenerabant ut nō mō rex publicæ
 licæ uerū etiā priuatarū administrationem eis crederent.
Ennius Nōne Ennius ille pater (qui poetas sanctos dicere solebat) cha
 rissimus Scipioni fortissimo penoꝝ expugnatori fuit Archias
Archias Mario Romano (genere licet ignobili uirtute tñ nobilissimo
 qua: posito uomere. sæpe consularū meruit) iucūdiſſimus fuit
 Pro quo Archia Cicero orationē quā hodie in manib⁹ habem⁹
 elegantissimā in foro cōtēcioso acerrime dixit Quā si poetarū
 zoili legerint: erubescant pfecto nisi toti liuore corrupti & in
 uidiæ dediti fuerint: Cū sanctos poetas tantū auctoritatis tñ
Mecenas. fauoris tñ deniq; obseruantie apud ueteres & sūmos uiros in
 rep. & ista hominū luce habuisse intellexerint. Mecenas sum
 mus doctissimoz hominū fotor Horacio asilū fuit. Senatus
Vergilius charissim⁹ populūq; Romanus Vergiliū uersiculos quosdā recitantem in
Augusto Augusti preconia tanquā Augustū ueneratus est Et Augustus
 ipse tāto ī honore Vergiliū habuit ut & simulacrū & nomē Ma
 ronis in argenteis nūmis excusū iri curauerit quoz unū in hac
apd doctū Schicker urbe inter thesauros doctissimi cuiusdā uiri his uidi oculis: cog
 nouit August⁹ poemate Vergiliū se immortalē / nec diis inferiore
 factū Vnde & rursū quātū fieri potuit Vergiliū immortalitati
 dicare conatus est Sed cū hæc ueriores ueris sint & omnibus
 preter indoctos notissima De nr̄is poetis Germanis antiquiori

bus (ne semp inter uiuos: ut Itali in prouerbio hñt: mortui cre
 dant fuisse) paululū narrandū censui & imprimis obiter occur
 rit Rosuida nobilis fœmina: Saxonū phenix iunica: tpe Otho/
 nū cenobii Gaudershemensis in dominatu Brunswicēsi sacra
 vestalis & grecæ & latinæ linguæ egregie docta: ea tēpestate va
 res oīm longe prestantissima: ut splendidissimū hoc uolumen
 nuper impensis optimorū quorundā virosū auctore Conrado
 Celti in publicū editū testat ubi in quouis dicendi gñe quedā
 nō spernēde memoriæ inuenies monumēta: Vnde apđ Otho/
 nem primum cognomēro magna sancta fœmina (cuius res
 gestas heroico carmine cōplexa est) tāta memorat fuisse aucto
 ritate ut ob uirtutē & summā eruditionem eiusce virginis Chri
 stianissimus Impator monasteriū Gaudershemense supra cere
 ra saxōiæ cenobia ita diuiciis sublimauerit: p̄diis donauerit: red
 ditibusq; rem diuinā auxerit: in annuos sumptus copiose suffi
 ciendos ut hodierno etiā die: sole principū filia: aut maxie no
 biles in collegiū hoc recipiantur. Fredericus primus nobi
 lis Sueuus Cesar designatus quē Barbarossam dicūt inuictissi
 mi anī princeps & victor gloriosissimus qui Venetos Romāos
 & Ligures Cesareæ corone iura uiolātes insigni clade sepe nu
 mero affecit & totā Italiā in ditionē & imperii gremiū cōpult.
 Ligurinū poetā ea tēpestate maximī noīs & pyeridū cultorem
 maximū: tpe belli Ligurici (a quo poeta nomē sibi uendicat) in
 castris rerū gestarū preconē habuit: quē impator ob ingenii fa
 cilitatē & eruditionē maximā (cū ceteris Neoprolemis nobilif
 simis fortissimisq; bellatorib⁹ qui in eo bello p̄ salute romanarū
 rerū pulcherrima susceperūt vulnera) equitē auratū creauit &
 militarib⁹ prediis donauit Sibi psuadens Cesar ingenii milicia:
 nō minorē meruisse poetā gloriā qm̄ si in hostē plia cōmissis
 set manusq; cōseruisset p̄ reb⁹ romāis tutādīs Vnde pulcre illd
 Sbrulii Vt fuerant hedere diuorū premia vatum Sic hederis
 quondā premia mille dabant. Cuius monumenta Conradus
 Celtis homo poeticus germanæ laudis studiosus nuper apud
 Augustā nouis formis excusa in publicū p̄diri curauit. Sed
 ne forte hoc sanctissimo cetu abutar & plus fastidii q̄ uolupta
 tis afferā multos clarissimos vates silentio trāsimus quos opti
 mo iure p̄ amplissima laude poetarū in mediū ferre possemus
 Siluiū tñ hominē natione italū Sed moribus & diuturna con
 uersatione Germanū Se em̄ ipse germanū dicit cui & natiōi plu
 rimū debere: ob sūma officia; i Europa sua sepe nūero ingenue

Rosuida
 Saxonie
 vates

Otho pri
 mus

Gauders
 hem

Fredericus
 primus

Bellū Ligu
 ricum

l. aduocati
 C. de ad
 uo: diu:
 iudi:

De Aenea
 Silio

Litetur Siluiū in quā virū rara eruditione & maxia dicēdi copia
Sigismūdi veteribus similimū quī scioli quidā ut sapere soli uideāt id ne
Fredericus gent: tacere nequeo / Qui a Sigismūdo & Frederico tercio diui
Imperi Maximiliani genitore Romanis ducib⁹ filii loco habitus ē / ab
altero in cōcilio Basiliēsi primus e duodecim scribis & orator
designat⁹: Ab altero (cuius curiā a secretis Magister quindecim
annos sequutus ē) Laurū poetarū insigne recepit Et ut i sūma
dicā Diui Frederici auctoritate cardineā dignitatē Demū sum
mū pontificatū & Chri vicariatū sua uirtute: adeptus poetarū no
men ad extremū uitæ usq; tanq̄ numē quoddā ueneratus ē : &
Cāpanus plures eiusce ordinis uiros fœlices & ditissimos reddidit / Nec
sanctū hoc poetarū nomē terrestris ille deus egere passus ē Cam
panū hominē poeticū pontificali thyara dignum existimauit .
Hic pius Eneas fama super æthera notus
Et deus in terris: summus pater orbis & urbis .
Maximili: Maximilianus quoq; Cesar nunq̄ adeo ut aiūt armis occupat
Impe: quin & poetarū & musas etiā in caltris iam Marte seuiēte in de
licijs habeat Qui quāta hūanitate quāta pietate : quāta demū
munificētia poetarū psequat Facillime in hoc sanctissimo cetu
Sibutus eiusce ordinis viri presto erunt testes Inter primos Sibutus nō
Cesareo nūine pperidū choro dicatus & Phœbi sacerdos desig
Dalbergi⁹ natus Testant hoc ipsū plures viri Apollonei qui sese Maximi
liani uirtute fœlices dicunt potissimū Ioannes Dalburgius Van
gionū Petrus Bonom⁹ Tergestin⁹ Cesaris aura pontifices qui
Bonomus nisi ecclesiarū Episcopi essent musarū antistites esse uelint. Au
Augusta gustæ etiā Blance Mariæ Ligurū pncipi in latinis lris doctissi
Bianca mæ exēplo inuictissimi cōsortis sūma in uoluptate sunt poetarū
Maria quos nūq̄ a se pulcherrimis mūerib⁹ indonatos relinquit Sbru
liū nostrū Sphorciadū laudes panegyrico canentē non paucis
Sbrulius donauit nūis & principi nō Friderico in conuentu Constan
ciensi (ea cōmendatiōe q̄ sūma esse pōt) cōmēdauit ut eū etiā
Dux Saxo: clemētissimus princeps in Saxoniam usq; pduceret & docēdi mu
nus in sua Academia Vuittenburgensi optio : rarissime eruditi
onis adulescēti decerneret Canent pfecto posterū nō cū ex re
Ouidius cencioq; varū cantilenis & Cesaris & Auguste munificēcias in
diuinos poetarū cognoscent illud Nasonis
Cura ducū fuerāt olim regūq; poetarū Premiaq; antiqui mag
Patriarcha na tulere chori Sanctaq; maiestas & erat uenerabile nomen
Magdeb: Vatibus & large sæpe dabunt opes. Subit preterea mihi i
Ernestus mentē pietissimus Ernestus Illustrissime domus Saxonie nō

ultima gloria Patriarcha Partenopolitanus Germanorū pontif
 ficū primus: qui a teneris ut aiūt unguib⁹ ad uegecioreſ annos
 inq; Fadianū Pignuciū Italū: hominē apollineū rapsoduq; pri
 me aduleſcētīe magiſtrū & doctore habuit: qui optio & nobi
 liſſimo aduleſcētī ita linguā tenerā formauit ita faciēdiā natiuā
 auxit ita demū ſupelleciūle uerborū fecit copioſiſſimā ut iā uir
 factus princeps ille & grauiter & ſapiēter i corona grauiffimorū
 hoīm in utraq; ligua uernacula ſc3 & latina: dicere & ſermōes
 agitare poſſit abſq; formidine quē hominē teutonē Sbruli⁹ ſecū
 cōmentantē latine nō ſecus ſe obſtupuiſſe ſolet p̄dicare q̄ Cice
 ronē latinū Rhodii grece differentē obſtupuiſſe tradūt Nec in
 gratus: inſtar atrociffime beluæ Neronis: p̄ceptorū fuit princeps
 ſanctus Sed nūmarū & ſacerdotiſ dignitatib⁹q; eccleſiaſticif
 feliciffime adornatū in Italiā remiſit Et niſi Pignucius pdolor
 apud Etrufcos p̄maturis fatiſ interiſſet lam in aula Patriarche
 muſaq; ille ſacerdos primas ageret partes O magna munificen
 tia: O laus ſempiterna mēoria digna: o maxia gratitudo pueri
 diſcipuli in p̄ceptoris officioliſſimos labores a quo principe
 optimi aduleſcētē normā gratitudinis erga p̄ceptores v̄roſ
 anioſq; ueſtroſq; cuſtodes ſumite quibus ingrati ſi fueritiſ deoſ
 ipſoſ & optioſ uiroſ uobiſ iratoſ redditiſ Nec ſcel⁹ hoc mihi
 credite multū māebit a ſuperiſ q̄ college p̄ceptorū credūt. Eſſet
 officiū piū hic de meo Gaſpare Steinbechio (laudeſ uulgareſ re
 fugiēt) parūp dicere cū quo ſacta mihi iā triēnio iſterceſſit ami
 citia ut hoc hoīe mihi cōiuncti⁹ poſſit eſſe nihil Sed ſupuaca
 neū eſſet de eo hitoriā texere: quē erudicio: ingenii facilitas:
 uarieq; lucubratiōeſ iā pridē oībuſ l̄rag; amicis reddidere no
 tiſſimū Vnde & oratoris & Senatoris mūere iā quīq; luſtriſ &
 eo ampli⁹ maxia noiſ celebritate ap̄d patriarcham Magdebor
 genſ fungi meruit Et hodierno die (uix impetrata uenia) i phiæ
 ſacrario: ueteranus: uigilantiſſime uerſat: paulo liberior a curiſ
 i Parthenope germanica quā Magdeburgiā dicim⁹ Ecce dū
 ad metā p̄pero obiter occuriſ Doctiſſime Langi uatū qeſ Mo
 naſteriēſiū & toti⁹ Vueſtphaliæ Apollo q̄ nō ſola: ſed paſſim ē
 tor⁹ germāuſ orbis: tua epigramata elegatiſſima & orōeſ oī
 uerborū dulcore copioſiſſimaſ p̄bat admiraturq; Qui in quā
 doctiſſime Lāgi Buſchiū meū adhuc puellū: prim⁹ in ſacrariū
 Phœbi muſiſ p̄yeridūq; choro hoſtiā ſtatuſti ubi diuio aliquā
 tilū ſurore afflatū in auſoniā ſtudioſq; matrē: p̄prio are: pom
 poniana muſa formādū & inſtituēdū miſiſti Quot aū hoſtia

Fridia
nus

Gaspar
Stein
bechi⁹

Rodol:
Lāgius
canoni
c⁹ Mo/
naſteriē

Buſchi⁹

illa tua interim adoleuerit aras: quot pepererit foeturas quot la-
 tinas & lras amicos reddiderit: quot postremo mortales hoies
 suis monumētis: imortales fecerit nō nescit Ecce fator & seui-
 cia q̄ parcere nequeūt Hec em̄ dū scribo p̄dicat infelix p̄nicib⁹
 mortu⁹ Buschi⁹ alis fama Germāiae dec⁹ Buschiū ip̄m uitā cū morte cōmutasse
 cui totus musarū chorus sparsa coma & pulla ueste dat lachrias
 Et Phebus pia exequiarū tristissim⁹ ad permessidos annē sol-
 uēs officia acerbissimū & p̄maturū sacerdotis sui gemit casum
 Et lugent sacri nūina cūcta chori Cui⁹ igit̄ prochoro cū p̄sen-
 tia (quā suspirare nō desinis frui nō possis Ne musarū officiis ca-
 reres aliū ex snia iuenisti hominē urbanissimū ornatissimumq;
 Ioan: murme-
 lius Ioannē Murmeliū p̄stanti ingenio & eruditiōe nō vulgari virū
 qui ita ad carmē & hūanitatis studia respicit ut tpe nō: dicere
 ausim: nec par nec superior facile ap̄d Vuestphalos & Cimbros
 iueniri possit Recte cōsuluisti pigriori etati suauissime Lāgi q̄
 rāto uiro undecūq; exulto familiarissime uteris cui⁹ iucūdis-
 ma musa te (ut mei qdā discipuli cōtubernales p̄dicare nō desi-
 nūt) plurimū oblectat & forciorē ad uenientiū annorū incōmo-
 da ferēda reddit Perge ut cepisti: hūc de Romana lingua optie
 meritū hominē: tua integerrīa amicitia dignū estimari quē & si
 diuicia tibi nō cōciliāt ad quas phūs nō respicit Virtus tñ vnde
 quaq; i hoc hoie spectatissima tibi cōmēdabilē Murmeliū red-
 dere potest: qua nihil cōmēdabilius ē in hoc mūdo mi Langi.
 Duces
 saxonie De Mecenasib⁹ nris Fœderico & Ioāne germanis Saxoniae du-
 cib⁹ Academiae nrae munificētissimis authorib⁹ nō est cur testi-
 b⁹ egeamus: qui diuinū hoc poetae nomē: adorāt: uenerant: &
 amplectūt: ap̄d quos Sibutus & Sbrulius italus poetae famige-
 ratissimi doctissimiq; honestā hnt cōditionē & Sbruli⁹ ip̄e (cū
 Sibuto in re familiari copiose p̄uisū sit) inauthoratus publicae
 Sibut⁹
 Sbruli⁹ poeticā & oratoriā nō sine maxio fructu scholasticorū in gym-
 nasio nro p̄fiteē Quare Diui principes inter ceteros Saxoniae
 duces soli immortalitati dicati sunt Quod poetae nomē: iterum
 dico ap̄d eos ut sanctissimū cognoscereē a Cesare poetas coro-
 nadi auctoritatē impetrarūt ut sic diui principes triūphali lau-
 ro & victrici corona poetas sibi socios & pares redderent Sint
 Cicero uobis ingenui adolescētes tāti principes exēplo Et audiat Ci-
 ceronē nrm p̄ archia poeta disertissime fulgurātē Sit uobis in-
 quit O iudices sanctū poetae nomē qd̄ nulla unq; barbaria viola-
 uit Ecce locupletissimū eloquētie fōtis testimoniū: qd̄ i anis yr̄is

si sapitis nulla unquam deleat obliuio sed poetas ueneramini &
hos in deliciis habete: hos colite: hos p̄ diis adore: si imorta
les cū diis fieri uolueritis Solam em̄ immortalitatē nobis pariūt
suauissima poetarū carmina graphice cecinit ille ad Cesarē Nec
prius intereunt vates monumentaq; uatū Qm̄ fuerint uersis
obruta cūcta polis Hi uobis inquā cure sint quos dii caelestes
in summa cura qn̄q; habuisse cōmemorāt Et imprimis Apol/
linē Musarū ducē tm̄ fecisse legimus Archilochū Vt cū Archias
quidā homo pditissimus Archilochi homicida Apollinis tem
plū intraret: hiis uerbis deus phibuisse fertur Exi tēplo n̄ro sce
lus hominū qui & nostrū & musarū sacerdotē perdidisti .
Sed quorsum hec? Si quisquā dicat q̄ talia tantaq; affers de poe
tarū laudibus & uirtutibus amplissimis Quid nā habebūt fru
ctus poetarū cultores: quid ponderis industrie i officina mu
sarū latitat? q̄ nos tātopere hortaris (uir optime) & inuitas me
ad pyeridū sacrificia & poetarū (quos diuinos dicis) cultū edif
fere uelim. Auscultate optimi adulescentes & pias parūper
accōmodate aures queso Dicā uno uerbo que uobis usui erūt
& iucunda auditu. Etsi poesis sacratissima: ut diximus cita
tis doctissimorū viroꝝ testimoniis prima sit phiā & disciplina
rū omniū parens Preter hoc tñ ad quecūq;: artiū omnium: &
phiā penetrata facilem (etiam in primo limine) aditū presta
bit regina illa cultissima Erunt mihi facile testes quidā ex can
didatis nostris mox decorandis: qui multas noctes insomnes
duxerunt & ante diē sacros poetas cū lumine in manibus uer
fabant: ut castalio liquore suauissimo labra tingerent? Vnde &
preter adulationē loquor: ab examinerib⁹ phiis doctissimis:
sempiternae uirtutis: pre ceteris collegis: laudē consequuti sūt.
Optimi adulescentes pergite ut cepistis si nomen uestrum im
mortali memoriae dicare / & ingenia uestra ad om̄e studii gen⁹
apciora reddere uolueritis. Quis em̄ aptior sacratissimarū
legū auditor sit preter vatem aut uatū interpretem non uideo.
Qui pfundiores sunt theologi precor preter sanctissimos poe
tas qui soli diuinitate pleni deoꝝ numina cognoscunt & sua
uissimis carminibus paciores reddūt nobis deos iratos Cū
& maximū poetarū Orpheū ipsum inter primos claruisse theo
logos / & sanctissima quedā diuino ore prompta de summi dei
maiestate unitateq; reliquisse ferāt quod nemo p̄culdubio nisi
insanior ipso sit Oreste inficias ibit. Quid queso? facit phisicos
acuciores preter uatū carmina suauissima que si p̄be cōsideram?

homo sapiens et uirtuosus

et in omni re

et in omni re

Verg.
augns.

omnem phiæ summā cōplectuntur. Quis demū ad omnem
disciplinā medullā intelligēdā accērior proniciorq; sit nescio
preter solū musag. alumnū Nolite itaq; uobis psuadere iuuenes
clarissimi eos qui uersiculos quosdā mēsurā & nūeris cōstrin-
gunt poetas censerī nisi etiā reliquos phiæ apices altissimo in-
genio riment. Videatis moneo Vergiliū uelstrū qui de secrecio-
ribus phiæ latebris & omī genere dicēdi acutissime differit cui
Augustinus ecclesiæ monarcha & orthodoxe religionis iubar
semp primas tribuit laudes Nā Vergiliū (inquit) paruuli in ma-
nibus teneant est em̄ poeta magnus & longe oīm clarissimus
qui teneris ebibitus annis nihil est qđ ad reliqua studia plus cō-
ferre poterit. A quo (ut Naso de Homero dicit) Ceu fonte per-
enni Vatū pyeris ora riganť aquis. Si em̄ grāmaticus esse ue-
lis Vergiliū in manib⁹ uersa Si rhetoricā: phisicā: syderū cursus
cælog. influxus: aeris mutabilitatē: hominū mores: regnorum
uarietates: phōg. & naturæ penetralia: res militares: reip: & ur-
biū gubernandag. normā: Demū que p hominū mētes excogi-
tari pnt: oīa scire uelis Vergilius mgr̄ erit Et ut in sūma dicam
Quicquid boni quicquid honesti quicquid sancti homo phūs
oprare audet facile in Marone inueniri pōt. Opere precium
iccirco demū: ut finē qñq; faciamus mihi uideor & censeo omī
industria: omī diligētia summis uigiliis huic studio poetarum
operā nauandā esse sine quo (ut sæpe diximus) bene beateq;
uiuere minime possumus Hii em̄ cetus cōciliāq; hominū quæ
ciuitates appellant recte & rite gubernari non pnt Nisi sint qui
mores psuadeant & uicia detestent qđ ad solos poetas & ora-
tores spectat qui eloquētie affinitate copulant Vnde uterq; in-
nata quadā psuadendi dulcedine hōminum mētes quo uelint
mirūmodum trahere possunt. DIXI.

Epigramma eiusdem ad adulescentes cādidos
quos nouellos Baccalaureos iam dicunt.

Accipe palladium pubes generosa corollam

Imponas capiti laurea ferta tuo

Que tibi papali largimur munere pubes

Cesaris hoc sertum numine crede datur

Pergite nunc igitur iuuenes tolerare labores

Nec sinite in tenebris: pectora uestra: mori

Pergite constanti uenari pectore laudem

Vt uobis partū splendeat usq; decus

Pergite foelici uirtutem querere planta

Virtutem summi que perit astra poli

Pergite septenas modo sollicitare puellas

Pyeridumq; sacrum sollicitate chorum

Morte carent Musæ uirtus & morte carebit

Nec sophiæ legem: fata cruenta: dabunt

Immortalis enim Pallas: quâ nulla uetustas

Et periment: tantam: tpa nulla: deam

Nec uos o iuuenes patitur dea perdere mortem

Stamina nec uobis; inuida parca: secat

Palladios rursus moneo iam carpite flores

Dum vernum tempus: spirat & aura leuis

Ne sine fruge ruat tacito pede segnior ætas

Ne sine fruge terat: squalida barba: genas.

Graciæ & actiones:

Attigimus portum properatq; nouissima puppis

Vt referam grates ordine cuiq; suas.

Deo Omnipotenti.

Imprimis: summo: decus immortalis: parenti

Qui seruat terras: & tenet arte polos.

Diæ Mariæ Virgini.

Et tibi sint summe: virgo Iannicia: grates

Editus est nobis: qua: deus orbis: homo

Diæ Katharinæ artiū doctrici.

Inter Nyliacas: decus: hinc Katharina puellas

Accipe deuotas: innuba virgo: preces.

Duci Friderico Electori Imperii.

Nunc mansura tibi Saxonæ gloria gentis

Debemus grates dux Friderice pius.

Duci Ioanni eius Germano.

Fortis Ioannes princeps faustissime salue

Te saluum semper: contio nostra: iubet.

Symoni Peynick Moderatori academiæ Licē.

Gymnica qui retines Simon clarissime sceptrum

Et Sophiæ imperium qui moderator habes.

Hos tibi cōmitto quos coram cernis alumnos

Palladis: in nostris semina pulcra scholis.

D. Ioanni Mogenhoffer preposito:

Nunc Mogenhofer aue prudentum norma uirorum

Quem Liptzense solum numinis instar habet.

Refor:
Acade
miæ

D. Laurentio Slamau Decano.
Omnibus & diuis Slamau generose decane
Tora tibi debet: pectora pura: cohors.

D. Iudoco Trutfetter theologo maximo.
Et Iudoce tibi meritas auferre nequimus
Trutfetter grates innumeraſq; uices:

Martino Mellerſtadio vicecancel: & theologo
Nunc Martine tibi Polichæ gloria ſtirpis
Soluiſmus officium: vir memorande: pium
Doctori Vulſfigango ordinario.
Te ne precor Vuolphi reticebimus: optime legum
Antiſtes: Iouis & qui ſacra iura doces.

Theodorico Blochio doctori & archiatro Vuittēbergen.
Naturæq; parens ſalue lepidiſſime Blochi
Infideatq; tuus: pectora noſtra: fauor
Matheo piſcau Torgenti. V. I. licen. decano facul: artiū
Ultimus occurris nobis comiſſime Torgo
Qui caput es noſtri: clare decane: chori.

Omnibus docto: magiſtris & reliquis in cōi.
Innumeras demum ludit mea tibia grates
Omni conſpicuis integritate uiris
Quorum ſydereos ſcandit ſapientia cælos
Quos fouet in molli: turba nouena: ſinu
Quos celer ingenuas docuit Tegeus & artes
Quos canimus ſanctos religione uiros
Et tibi ſint amplæ pubes nunc inclyta laudes
Que dignata nouos condecorare choros
Qui nos cumq; locus: qui mundus: que capit aura
Inuenies gratos: pectore & ore: uiros.

Quis habet in nos ſeruo manuſque manu
Impreſſum Wittenberge per Ioannem
Gronenberg. Anno. M. D. X.

Quis habet in nos ſeruo manuſque manu

6.0186

802 1092


ULB Halle 3
001 342 193



Sbr







ORATIO OTHONIS BECKMAN VuART
bergii artiū ac philosophiæ doctoris in laudem
philosophiæ ac humaniorū litterarum ad patres
conscriptos & pubem famigeratissimæ
Academiæ Wittenbergensis habita
ANNO M.D. X.

*Petrus 3. diffinuit
no sine ubi vult & corporis magnitudinē*

Richardus Sbrulius Italus eques
foroiuleus humaniorū litterarū &
phiæ p̄fessor in Academia Vuit-
tenbergenē candido lectori.

Expetis æthereū conscendere nomine cælum
Expetis ætherei iura tenere chori?
Philosophus fias: rhetor: sanctusq; poeta
Hæc tria mortalem nomina quæq; beant
Hæc Ortho phœbeo nuper deduxit ab ore
Quæ nisi desipias candido lector eme.

Othonis Beckman Vuartbergii Hexastichon pro
diuo Maximiliano Cesare inuictissimo.

En biceps toruo volucris parat arma leoni
Torquet in Adriacos: rostra cruenta: sinus
Dux volucris Cesar sit fœlix Maximilianus
Et metuant Veneti: Cesaris arma: duces
Romula qui longo turbarunt tēpore scepra
Imperii sanctū qui minuere caput.